Quelle: https://manuscripta.at/?ID=874
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



39

rursus inequalis. Et superficies superficiei inequalis vel equalis. Et corpus
equale vel inequale dicitur. Humor quoque vel tempus vel locus equalis atque inequalis dicitur.
Inalius autem que quantitates non sunt non e facile ut equalitas vel inequalitas
nominentur. Dispositiones que affectiones nominantur non dicuntur e
quales vel inequales. sed magis similes. Dispositio autem t affectio est ad
aliquid re accomodatio vel applicatio ut si quis grammatica legens et
indui perficiatur habet ea ad aliquem dispositionem. i. ea affectus est. et
habet aliquid accomodatum vel sit propinquum. Possunt autem simul esse
duo dispositio vel affectio. Equalitas autem numeri ut duo simul albi.
equalitas autem non. Nam si quis de duobus simul albis equalitas esse albos dicat
recta nominis nuncupatione non utitur. Omne enim equale vel inequale
in mensura vel quantitate proficit. Simile autem vel dissimile quemadmo
dum de quantitate non dicitur. Ita nec de alia quilibet nisi de quantitate recte
equalitas et inequalitas nuncupatur. Quare propium est quantitatis equale
vel inequale nominari. Sed quoniam de quantitate dictum est ad relati
uorum ordinem transeamus.

Post quantitatis tetratum tertium predicamentum de relativis
ingreditur. Que relativa hoc modo diffinit. Ad aliquid autem talia
dicuntur quecumque hoc ipsum quod sunt aliorum dicuntur. t quoniam libet ad
aliud aliquid. Cur autem de his que sunt ad aliquid disserat omisso inte
rim de quantitate tetratum. hec est causa quod posita quantitate magis
minus quoque esse ne cesse est. Quare cum quantitate ad aliquid continuo
sequatur recte post quantitatem relativorum series ordinata
est. Illud quoque est in causa quod supra cum de quantitate tetraret relati
uorum mentio facta est cum de magno paruoque diceret. Ut quemes
et non esset interrupta operis distinctio ideo quantitate finita relationem
proposuit. Quod autem ad aliquid autem talia dicuntur. hoc monstrat quod
sicut quantitas per se et singularitatem intelligi potest eodemque modo substan
tia t quantitas t unum quodque aliorum predicamentorum sic per se stat tia et sin
gularitatem intelligitur sic ad aliquid per se et singularitatem capi intelle
ctu non potest. ut dicamus esse ad aliquid singulare. Quicquid in natura re
lationis cognoscitur id cum alio necesse est consideretur. Cum quoque dico dominus
per se ipsum nichil est si seruus deest. Quocirca cum uni relatum nu-